Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Prima etas mundi ab Adam
usque ad diluuium habet secundum he-
breos annos 1656. secundum sep-
tuaginta interpretes. ysidoru et
plures alios quorum numerus in etatibus
consequenter ponitur habuit anos · 2242 ·

Summa bonitas volens communicare suum
bonum et aliis fecit creaturam racionalem
que summum bonum intelligeret: intelligendo amaret:
amando possideret / possidendo beata esset / fecit deus
autem primum hominem formando corpus eius per ministe-
rium angelorum de limo terre in agro damasceno
et inspiravit in faciem eius spiraculum vite: hoc est
animam creavit qua corpori facto univit:
factus autem est homo ad ymaginem dei in naturalibus
et ad similitudinem in gratuitis / Exinde dominus mirabiliter
perfudit gratia: Cum ergo marem ad similitudinem suam
primum finxisset: tunc etiam feminam configuravit ad
ipsius hominis effigiem ut duo inter se permixti sexu
propagare sobolem possent: et omnem terram multitu-
dine opplere: Nomen vero mulieris Euam
appellavit quod significat mater omnium viventium

Formatis animantibus terre et volatilibus
adductis ad Adam ut videret ea: cum
Adam non inveniret adiutorem similem sibi
immisit dominus soporem in Adam et tulit unam
de costis eius replens carnem pro ea et edifi-
cavit in mulierem / Quam Adam videns dixit / hoc
nunc os de ossibus meis. hec vocabitur Issa. quod
latine mulier interpretatur quia de viro sumpta est /
factum igitur Adam deus in paradisum transtulit et
ibi de costa dormientis Eva produxit / sibique
socia formatur / hac non fecit de capite ne viro domina-
retur / non de pede viri ne contempnaretur / sed de latere
ut amoris vinculum probaretur / et ut non locus gignat
nobilitatem: sed virtute unicuique sibi compet-
rat / Ideo extra paradisum vir factus est:
mulier vero intra paradisum / Creatur denique extra
paradisum hoc est in inferiori loco vir factus melior in-
venitur quam Eva que in paradiso facta fuit Adam
igitur prothoplastus primum hominem summus omnium rerum fa-
bricator deus sexto die seculo quinta et xx martii bes-
tiis terre creatis cunctisque reptilibus et volucribus de
limo terre rubeo in agro damasceno tamquam cre-
aturarum omnium fine et possessore finxit